

interfectus: Nec uero ulla uis imperii tanta
est que premente metu possit esse diuturna.

Tertius est phalaris: cuius est preter ceteros no-
bilitata crudelitas: qui non ex insidiis interiit:
ut iis quem modo dixi Alexander. Non apau-
cis ut hic noster: sed in quem uniuersa agri-
gentinorum multitudo impetu fecit.

Quid macedones non ne demetrium reliquerunt?
Ornuerint se ad pharum contulerunt: **Q**uid
Lacedemones iniuste imperantes non ne
repente omnes fere socii deseruerunt? **S**ec-
tatoresque se ociosos prebuerunt Deutrice
Calamitatis?

Externa libentius in tali re quam domestica re-
cordor. Verum tamen quod diu imperium post
romani beneficiis tenebatur: non in iuriis
bella aut pugniis aut de imperio gerebant:
exitus erat bellorum aut mites aut neces-
sarii. Regum populorum. nationum. portus
erat & refugium Senatus. **N**ostri autem ma-
gistratus imperatoresque ex una hac re ma-
ximam laudem capere studebant si prouin-
cias si sotios equitate: & fide defendissent,
Itaque illud patrociniu orbis terre uerius quam